



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.54. Alcuinus in Francia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII.
A. C. 792.

Nihilominus Rex posthac in causis Ecclesiæ gravissimis sicut & in hac Legatione Romana, cum Felicem Urgelitanum anno 792. in Urbem deduxit, ipsius opera usus est.

§. LIV.

Alcuinus in Francia.

Sup. n. 17. *Elog. to. 5.* *Ad. SS. Be.* *p. 162.* *Angilbertum suavissimum amicitiæ vinculum* jungebat Alcuino, qui hoc anno Sedem fixit in Francia, ut ante annos duodecim Carolo Regi promiserat, cum ei Ticini occurrisset.

Alcuinus natione Anglus, in provincia Eboracensi nobilibus & opulentis parentibus natus, ab unguiculis in Monasterio illius Ecclesiæ Cathedralis alumnus fuit. Egberto & Elberto duobus Archiepiscopis Eboracensibus, qui sibi in illa Sede successerunt, Magistris latinam græcamque linguam didicit. Egbertus fatis proximus anno 765. eum Ecclesiæ suæ Bibliothecarium constituit; Elbertus vero eundem præfecit scholæ Eboracensi, quo labore in se suscepto S. Liudgerum, Fridugisum, & Enbaldum juniorum Discipulos habuit.

Alcuinus sibi nomen latinum assumpsit Flaccus Albinus, & frequentissime Albinus apud Scriptores dicitur.

Cum igitur Rex Carolus Alcuinum anno septingentesimo octogesimo Ticini obvium

Sup. n. 19.

causis
Leg.
gelita.
ipsius

civin.
hocan.
e annos
at, cum

provin.
ntis pa.
Mon.
lis alu.
duobus
i sibi in
atinam
gbertus
cclesiaz
Elber.
æ Ebo.
Liud.
junio.

assum.
tissime
cuinum
Ticini
byum

obvium habuisset, invitatum, ut in Fran- Sæcul. VIII.
ciam veniret, apud se aliquamdiu reti- A. C. 792.
nuit, & eo docente didicit Rheticam, *Egin. vit.*
Dialecticam, in primis vero Astronomiam, *Car.*
cui scientiæ Rex multum temporis & la-
boris impendit, ut ex Epistolis Alcuini ad
eius Quæstiones respondentis dispicitur.

In hac prima commoratione in Fran-
cia Alcuinus novisse cœpit & in amico-
rum numerum allegit Angilbertum,
quem in Monographo litterario Homeri
nomine designabat. Amicitiam item co-
luit Riculfi, postea Archiepiscopi Mo-
guntini, quem Dametam appellabat.
Regem vero Carolum Davidem dicere
solebat.

In Angliam reversus Alcuinus circa
annum 790. Ecclesiis & Monasteriis ma-
xima dona tam suo quam Regis Caroli
nomine distribuit.

Rediit in Franciam elapso ferme trien- *Præf. adv.*
nio a Rege Carolo vocatus, licentiam *Elip.*
concedente Archiepiscopo suo Elberto,
qui ei mandaverat: Iret, & Fidem Catholi-
cam defendaret, ubiunque terrarum
eam hostes oppugnarent. Venit ergo
pro Ecclesia contra Felicem & Elipan-
dum decertaturus. Cum Rex Carolus *Roger. Ho-*
in Angliam misisset Concilium Constan- *ved. an. 792.*
tinopolitanum, in quo imagines adorari
jubebantur, scripsit Alcuinus contra illud
Decretum epistolam, quam nomine Epis-

M m 3 copo-

Sæcul. VIII.
A. C. 792.

coporum & Principum Angliæ Regi at-
tulit. Ceterum hoc ultimum in Fran-
ciam iter post celebratum Concilium Ra-
tisbonense id est sub finem anni septin-
gentesimi nonagesimi secundi vel ini-
tium nonagesimi tertii suscepit, ibique
reliquum vitæ tempus, annos scilicet duo-
decim, exegit.

Lib. I. cont.
Fel. init.
Lib. II. init.
Felix advo-
mitum.

Ibid. p. 816. primum data humanissima epistola &
10. charitate plena invitavit, ut ad Fidem
Ecclesiæ rediret. At Felix respondit e-
dita longa Dissertatione Hæresim suam

defendens. *Cum JEsus Christus*, inquit,
fit novus homo, ei novum etiam nomen
competit. Sicut in prima generatione,
qua secundum carnem nascimur, originem
*nostram aliunde quam ab Adamo duc-
re non possumus, ita in secunda genera-
tione, quæ est spiritualis, non aliunde*
Gratiam & adoptionem accipimus, quam
*per JEsum Christum, qui utramque ac-
cepit, primam ex Virgine Matre, & al-*

Lib. III. init. teram in suo Baptismo. *JEsus Christus*
in sua Humanitate est *Filius David &*
Filius Dei. At fieri non potest, ut homo
duos patres habeat secundum Naturam.
Ergo unus est Pater naturalis & alter
Adoptivus. Adoptio nihil aliud est,
quam electio, gratia, applicatio ex arbitrio

trio & libera voluntate. Hæc autem o-Sæcul. VIII.
mnia in Scriptura de JESu Christo le- A.C. 792.
guntur. Haec tenus Felix de Adoptione.

Ut demonstraret JESum Christum tanquam hominem solummodo Deum esse nuncupative, id est, nominetenus, dicebat: Secundum testimonium Salvatoris Scriptura Deos nuncupat illos, ad quos Verbum Dei dirigitur, propter gratiam, quam receperunt. Ergo quia JESUS Christus particeps est Naturæ Humanae, etiam particeps est nuncupationis deitatis nuncupationis Divinitate, quamvis modo excellentiore patre filius. sicut in omnibus aliis Gratiis. S. Pe- Act. 10. 38. trus dicit, JESum Christum patrasse miracula, quoniam Deus erat cum eo. Et S. Paulus; quoniam quidem Deus erat in te. Cor. 5. 19. Christo Mundum reconcilians sibi. Non dicunt JESum Christum fuisse Deum. Tanquam Deus sua Essentia bonus est; Lib. V. p. 82. sed tanquam homo, quamvis bonus sit, non tamen essentia & per se ipsum bonus est. Si verus Deus fuit, ut dicitis vos, ex quo conceptus est in sinu Virginis, quomodo apud Prophetam dicit, quod Deus formaverit se ex utero Servum sibi? Rursus, Isai. 49. 5. quo pacto dicere potestis, quod hic homo Domini sit verus Deus ex utero Matris suæ, cum natura sua sit verus homo, & in omnibus Deo subjectus? An fieri potest, ut ille, qui verus Deus est, fiat conditione servus, sicut JESUS Christus infor-

Mm 4

242

Sæcul. VIII. *ma Servi?* Nam demonstratur, quod sit
A. C. 792. *Servus Dei & filius Ancillæ ejus, non*

*solum obedientia, ut plerique explicant,
sed natura.* In qua forma æternum sub-

p. 850. jectus erit Patri, si Divinitatis Humanitatisque ejus nulla est distinctio? In alio loco Felix ex Advocati nomine, quod

I. Jo. 2. 1. S. Joannes Apostolus JESU Christo tribuit, argumentum eruebat hujusmodi:

p. 858. Advocatus est Mediator, qui apud Pa-

trem pro peccatoribus intercedit; quod de vero Deo non est accipendum, sed de

homine, quem assumpsit. (*) Ad hac

Lib. VII. probanda Felix multos Textus ex Scri-

p. 895. ptura & Patribus detortos & truncatos afferebat; præcipue vero nitebatur Li-

turgia Hispaniæ, ubi sæpe dicitur, quod

Filius Dei adoptaverit Naturam Humanam, & de Adoptione sæpe fit mentio.

§. LV.

Alcuinus contra Felicem scribit.

Alc. ep. 4. 8. Hoc Libro Felicis in Franciam delato,

Rex Carolus Alcuino præcepit, ut responderet. Ille hanc provinciam lu-

benti

(*) In hac tota Dissertatione error Felicis inde originem trahit, quod in JESU Christo Naturam & Personam confundat, sicut maxime in hoc loco. Nam Filius Dei non assumpsit Hominem, sed assumens Naturam Humanam factus est Homo.